e-codices

Tandem abij ad praetorem . ibi uix requieui
Rogo ſingraphum . datur mihi illico de tyndaro ille abijt domum
Inde illico preuortor domum poſtq̄ id actum eſt
Eo protinus ad fratrem inde abij mei ubi ſunt alij captiui
Rogo philocratem ex aulide ecquiſ omniuꝫ nouerit
hic ariſtophonteſ exclamat eum ſibi eſſe ſodalem
Dico eum eſſe apud me hic extemplo orat obſecratqꝫ
Eum ſibi ut liceat uidere . iuſſi illico hunc exolui : nc tu ſequere me
Vt quod me orauiſti impetres eū hominē ut conuenias . ,

.TYNDARVS.

Nunc illud eſt quom me fuiſſe q̄ eſſe nemo mauelim
Nunc ſpeſ opeſqꝫ auxiliaqꝫ á me ſegregant ſpernuntqꝫ me
hic ille dieſ eſt quom nulla vitę meae ſalus ſperabilis eſt mecum
Neque exilium exitioqꝫ eſt neque adeo ſpeſ quę mihi huc aſpellat
Nec mendacijſ ſubdoliſ mihi uſq̄ mantellū eſt meiſ
Nec ſycophatijſ : nec fuciſ ulluꝫ mantellum obuiam eſt
Neque precatio perfidijs meiſ : nec malefactiſ fuga ē
Nec confidentię uſquam hoſpitium eſt : nec diuorticvlum dolis
Operta quę fuere aperta ſunt . patent preſtigiae
Omniſ res palam eſt : neque de hac re negotium eſt
Quin male occidam oppetamqꝫ peſtem heri uicem meamqꝫ :
Perdidit me Ariſtophontes hic qui uenit modo intro
Iſ me nouit . iſ ſodaliſ philocrati & cognatus ē
Neque iam ſalus ſi uult me ſeruare poteſt : nec copia ē
Niſi ſi aliquam corde machinor aſtutiam
Quam malum quid machiner q̄d cōminiſcar : maxumaſ
Nugas ineptias incoepiſſe hereo :

AEGIO . TYNDARVS . ARISTOPHONTES .

Quo illunc hominem proripuisse foras ſe dicam ex aedib
Tyn Nunc enimuero ego occidi . eun ad hoſtes tindare
Quid loquar : qd fabulabor . quid negabo aut quid fatebo : mihi .
Res omniſ in certo ſita ē : quid rebuſ cōfidā meiſ .
Vtinam te dijſ prodere nt q̄ periſti e patria tua .
Ariſtophontes q ex parata re imparatā omne faciſ
Occiſa eſt hęc reſ niſi reperio atrocem mihi aliquā aſtutiam
Aeg Sequere hem tibi hominem adi atqꝫ alloquere

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 49r – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/en/fmb/cb-0138/49r)